

tem, ad virtutis incrementum, ad vitiatorum exterminium conducant. Quomodo conducere poterunt, inquis, cum citatos Auctorum codices ad manus non habeant? Ne quæso propterea hunc Librum despicias; ipsa enim notandi methodus tam jevana, succinctaque non est, ut non Orator, vel mediocriter doctus, propositiones, lemmata, textus, excerptaque omnia, accedente Rhetorica amplificatione, etiam sine citati Auctoris subfido, in rem suam convertere facile possit. Cape experimentum tui ipsius, utere, frueri, & Deum pro me ora, qui vicissim tui ad Aras memor ero.

AUCTOR LIBRI.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P.E. Filippo Rosa Lanzi Inquisitor General del Santo Officio di Venezia, nel Libro intitolato: *Spicilegium Universale Sacro-profanum* &c. Autore R. D. Giuseppe Ignazio Claus &c. non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza a Niccolò Pezzana, che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. li 2. Marzo 1766.

† Angelo Contarini Proc. Rifor.

† Andrea Tron Kav. Rifor.

† Girolamo Grimani Rifor.

Registrato in Libro a Carte 269. al Num. 1677.

Davidde Marchesini Segr.

L I.



LIBER PRIMUS DE DEO ET ATTRIBUTIS DEI.

CARITAS DEI ERGA HOMINEM.
BENEFICENTIA, SEU BENEFICIA DEI.
Beneficium Creationis.
Beneficium Conservationis.
Beneficium Redemptionis.
Beneficium Vocationis ad fidem.
Beneficium Preservationis a peccatis.
Beneficium Justificationis.
Beneficium Preservationis ab inferno.
Beneficium Preservationis a periculo corporis.
JUDICIA DEI.
JUSTITIA DEI.
Pena Justitiae punientis.
Pena universalis.
Sterilitas terre.
Fames.
Terre motus.

Pesilentia.
Bellum. Gades cruenta.
Grandines.
Loenhe.
Formice.
Excidia urbium.
Persecutiones Ecclesie.
MISERICORDIA DEI.
Gratia sanctificans.
Gratia actualis.
Gratia finalis.
Inspirationes Dei.
Visitationes caelestes, & delinæ montis.
PREDESTINATIO DEI.
OMNIPOTENTIA DEI.
PRESENTIA DEI.
PROVIDENTIA DEI.
VOCATIO DEI.

DEUS.

I. Quis, qualis, & quantus sit.

Ristoteles ait: Quod in navi est gubernator, in curru auriga, in choro pæceptor, in civitate Rex, in exercitu Imperator: hoc idem in mundo est Deus, nisi quod in illis principatus est laboriosus, perturbatus & anxius, in Deo vero est facilis, ordinatus & tranquillus &c. C. In c. I. B. Claus Speil. univers. Pars I.

Gen. v. 1. fol. 34. col. 2. & seq. S. August. ait: Inestimabilis, ineffabilis, incomprehensibilis: si quæras magnitudinem, major est, si pulchritudinem, pulchrior, si dulcedinem, dulcior, splendidior, justior, fortior &c. Quidquid pulchrum, quidquid magnum, quidquid bonum est, ab illa infinita pulchritudine, immensitate, & bonitate est, Deus enim eminentissime in se continet omnia &c. S. punct. 120. fol. 375. Deus in se continet oceanum, & plenitudinem entis, puta omne esse, omne
A vicy-

vivere, omne sapere, omnem potentiam, omnem maiestatem; hinc dicitur esse Omnia. Ino locatiter, quia omnia universi loca occupat. 2. Quia omnes rerum species, numeros & ordines continet. 3. Quia est essentia essentiarum omnium. 4. Quia natura naturans naturarum omnium. 5. Quia omnia sustinet, mensurat, & ordinat. 6. Quia in omnibus omnia opera operatur. C. in Eccl. 43. v. 29.

Pulchram descriptionem Dei dat S. Bernardus: Deus est voluntas omnipotens, benevolentissima virtus, lumen aeternum, incommutabilis ratio, eterna dulcedo, creans mentem ad se participandum, vivificans ad sentiendum, efficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, iustificans ad promerendum... visitans ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuus ad immortalitatem, implens ad felicitatem. Eccl. C. in 1. Epist. S. Joan. c. 4. v. 16.

Deus est, cuius natura est bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus misericordia. Deus est, a quo sunt perpetua, locus & tempus. Est providentia rerum omnium. Est bonum, bonorum essentia. Est in quo vivimus, movemur & sumus. Est quem nec mensatigit, nec intellectus, nec sensus. Est cum dicitur, non potest dici, cum estimatur, non potest estimari. Est qui tribus digitis appendit molem terrae. Est erga quem orbis terrarum est quasi guttatoris antelucani &c. C. Gen. c. 1. v. 1.

Deus Duodecim Epithetis honoratur: vocatur enim Dominator, Dominus, Deus, misericors, clemens, patiens, multae miserationis, verax, qui custodit misericordiam in missa, qui aufert iniquitatem, qui reddit iniquitatem Patribus in filiis & nepotibus &c. C. Exod. 34. v. 6.

Ad Moysen dixit Deus, Ego sum qui sum! id est, mihi soli sufficiens: Creatura enim fex homo est, quod non est. C. Exod. 3. v. 14. Isa. 46. v. 4.

2. Comprehendi non potest ab intellectu creato.

Isaias vidit Seraphinos stantes antethronum Dei, & faciem velantes, quia capere non poterant incomprehensibilem maiestatem &c. S. Punct. 119. fol. 370. Jacobo, dum luctatur agnoscere De-

um, nervus femoris emarcuit. Ib. fol. 371.

Maiestas Dei implevit templum, ita ut Sacerdotes ingredi, hoc est, seruari non auderent. S. Ibid. fol. 371.

S. Leo ait: Succumbat humana infirmitas gloria Dei, & in explicandis operibus eius impariem fe semper inveniat. S. Ibid. fol. 372. Deus est maior corde nostro, ait S. Joanni id est omni cogitatu nostro: Imaginare tibi pulchritudinem, potentiam, magnitudinem, Deus major est corde nostro &c. S. Punct. 147. fol. 457.

Epictetus interrogatus, quid sit Deus? respondit: Si ego possem dicere, quid sit Deus, aut Deus non esset Deus, aut ego essem Deus. Eiconomia nostra, quibus Deum describimus, ait S. Ambrosius, sunt potius injuria, quam laudes &c. P. 2. dif. 3. n. 2.

Quamvis ex artificiosa statua ars sculptoria factoris desumi queat, non potest tamen illius ex illamet ipsius pietas, prudentia, profapia cognosci: ita licet ex creaturis desumi aliquatenus possit perfectio Dei ut creatoris, tamen ex illis cognosci non possunt proprietates personales, ad quas creatura nullam habent relationem. P. 2. Dif. 4. n. 10.

Nomen Dei dicitur ineffabile, propter maiestatem & reverentiam. Hinc ait Plato: Deus non potest definiti, non scientia capi, non in sensus nostris incurere, neque cogitatione comprehendi, nec ab ullo ente sentiri &c. C. Exod. 6. v. 3. Et Act. 17. v. 22.

Sicut, quo longius quis in Oceanum progreditur, eo semper profundiora invenit; ita qui altius mysteria Dei scrutatur, semper altiora & diffusiora offendit. Hinc Salomon: ... Alta profunditas, quis inveniet eam? Et ille qui interrogatus, quid esset Deus, primo unam diem, dein duos, postea tres ad deliberandum petiit, & semper minus aptum se ad hanc responsonem invenit. Moysen Deum primo in luce, dein in nube conspexit, ubi Nyssen, in hoc consistit Dei cognitio, ut videas, quod videri non possit, & omnem cognitionem eius cognitio excedat. S. Punct. 120. fol. 372.

Sicut, qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutatur ei Maiestatem, opprimetur a gloria. Id est, licet mel immoderate sumptum, cruciatum, & mortem afferit, quia cito vesitur in

rubram bilem: ita quamvis perfectiorum sit Maiestas Divinae cognitionem guttate, tamen eam supra modum perferari, sua claritate hominem opprimat, & gravat. Ino nimia hac speculatio vertitur in errores & haereses &c. C. in Prov. 25. v. 27.

Impossibile est, etiam res creatas quotidie obvias intellectu capere! Quis enim fenomenam fyderum, ventorum, maris, & elementorum explicabit? Multo minus ergo intellectus nosse se extendat ad Divina mysteria SS. Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiae & alia. C. Eccl. 3. v. 25. Vide Tit. Mytheria Fidei.

Jacob post luctam cum Angelo quare illius Nomen, & Angelus non illi respondit, sed vicissim interrogavit, cur quæris nomen meum? Et cur hoc? quia Angelus iste fuit Dei Legatus, Deus autem nullo nomine comprehendit potest. C. Gen. 32. v. 29.

Hinc Deus ad Moysen ex Rubo: Ego sum, qui sum. Deus enim non indiget nomine proprio, quia unus est, & qui ineffabilis est. Unde S. Aitalus Martyr, per contemptum rogatus a tyranno, quod nomen haberet Deus, respondit: Qui plures sunt, nominibus discernuntur, qui autem unus est, non indiget nomine. C. Exod. 3. v. 13. seq.

Hinc etiam tot Philosophorum fuerunt de Deo sententiae & errores: Anaximander stellas & astra putavit esse Deum: Anaximenes esse infinitum aërem: Democritus esse mentem igneam & mundi animam: Podicæ esse quatuor elementa: Parmenides esse coronam, quæ circumge eorum: Sraton esse naturam: Epicurus esse corpuscum ex atomis. Plinius esse solem &c. sicut, qui mare navigat, errat, ait S. Chryf. ita Philosophi nihil cognoverunt de Deo. C. Exod. 6. v. 3.

3. Eius Bonitas elucet ex creaturis.

S. Bernardus ait: Quid miraris in sole splendere, in flore pulchritudinem, in pane saporem, in terra fecunditatem, a Deo hæc universa sunt, nec dubium, quia multo amplius conservaverit sibi: quam dedere creaturis. Florinus Philosophus ex hostioli pulchritudine agnosce Deum, Cicero ex celi motu, & astris &c. S. Pun. 120. fol. 376.

Quam Bonitas a prima Bonitate est, ait Dionys. qui liquid igitur vides sapien-

tiae, autoritatis, potentiae, gratiae &c. a Deo est. Et S. Aug. quidquid est, a te est quia sine te nihil est. S. Pun. 126. f. 98.

Ascende a specie creature ad pulchritudinem Creatoris, tibique dicitur: Si ita rubent rose, candent lilla, si ita rullant argentum, nitet argentum, radiant gemme; quis color, quis odor, quis sapor, quis decolor esse debet ejus, qui hæc omnia fecit! Omnia, quæ hie vides, tantum gutta sunt ad oceanum bonorum omnium, qui est in Deo. C. Geo. f. 46. col. 2.

S. Anselmus ait: Quid per multa vagaris, o homuncio, cum omnia habeas in Deo? quare pulchritudinem? pulchrior est: quare bonitatem, melior est, tantusque quo melior excogitari non potest. S. Pun. 146. fol. 457.

Carolus & Gerhardus Nobiles VVormatia Moguntium itinerantes per prata floridissima agnoverrunt forum cadacitatem, & simul resolutionem ceperunt querendi forum creatorem; qui est pulchritudo immarefcibilis. T. n. 13.

Si rectam cor tuum esset, tuum omnis creatura speculum vitæ, & liber sanctæ doctrine esset. Non est creatura tam parva & viliis, quæ Dei Bonitatem non representet. Th. Kemp. lib. 2. c. 4. n. 1.

S. Aug. totum mundum vocat librum, & quæ Deus legi possit &c. B. Ser. 3. nu. 24. ad Moysen dixit Deus: Posteriora mea vobis, ubi S. Hilarius: Posteriora sunt ipsi effectus & creaturae &c. S. Pun. 120.

S. Chryfostomus querit, cur Deation statim in mitorradit scripturas, sed distulerit usque ad tempora Moysis? & respondet, quia ex operibus creatorem voluit indicare: Invisibilia ipsius creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur &c. S. Pun. 120. f. 347.

Pulchre S. Augustinus: Circuibam omnia, quærens te, interrogavi terram si esset Deus meus, & dixit mihi quod non, & omnia quæ in ea sunt hoc idem confessa sunt. Interrogavi mare, & abyssos, & responderunt, non sum Deus tuus. Interrogavi flammam aërem, & ait universus aer eum omnibus incolis suis: Aliter Anaximenes, non sum ego Deus tuus &c. S. Pun. 120. f. 375.

Ascende, o anima a specie creature ad pulchritudinem creatoris, tibique dicitur: Si ita rubent rose, candent lilla, purpurant Hyacinthi, redolent carpopilli, verant prata, quis decolor esse debet ejus, qui hæc omnia creavit? Noli

HE

S. Bern. l. 5. de consola. c. 31.

2. Par. 9.

S. Leo Ser. de Pass. Don.

Joan. 3.

Plato in Parmen.

Exod. 10.

S. Gregor. Nyss. l. de vita Moysi.

S. Aug. in 1. ad 93.

Chryf. tom. 3. ad pp. Ant.

Rem. 1.

S. Aug. in 1. ad 93.

4. decori creatura cor affigere, ut verum & immentum decorem perdas: nolicum cane *A*ltopico umbram carnis sequi, ut ipsam carnem tibi finas excidere. C. Gen. 1. v. 12. in fine. Et A. lect. 8. §. 8. & 9.

Homines sancti in omnibus rebus hujus mundi Deum agnoscebant, S. Ambrosius in rosa, S. Franciscus in cicada. Hanc in sensum ait Sponsa, *Surgam & circuitabo civitatem, per vicus, & platesas quem quem diligit anima mea.* A. lect. 8. §. 9.

S. Antonius quaesit a Philosopho quomodo tempus in solitudine agere possit abque libris, respondit, mundum universum librum esse, & creaturas tot characteres, quibus legere possit gloriam conditoris: Verum eheu! multi sunt, quos Augustinus describit, qui has creaturas intuentur sine sensu sicut librum intuentur, qui legere nesciunt. Vident quidem characterum apices, sed non intelligunt &c. D. 11. 24.

Si ita rubent rosae, candent lilia, venant prata, delectant pomi: Si ita virent fegetes, nitilant aurum, nitent argentum, radiant gemmae, quis odor, quis sapor, quis decor debet esse ejus, qui creavit haec omnia! haec speciosa, quae vides, quae tangis, quae sapis, tantum sunt gutta ad oceanum bonorum omnium, qui est in creatore Deo. Si ergo te rapit species floris, aut persone, noli ea capi, sed mentem transfer ad speciem increatam, quae haec omnia pulchra, quasi quosdam radios ex se diffudit. Noli cum cane *A*ltopico umbram carnis sequi, ut ipsam carnem tibi finas excidere &c. C. Gen. 1. v. 12. in fine.

4. Solus satiat animam.

Some vitrum triangulare, in jecce globum, an explebitur vitrum: neutiquam; quia rotunditas triangulum expleri non potest: Anima hominis quasi triangulata est, habens tres potentias, igitur a solo Deo uno, & trino expleri potest. *Homo serv. 245. Dei capax est,* ait S. Aug. hinc petit Deus a sponsa: *Pone me ut signaculum super Cant. 8. cor tuum:* Signaculum seu sigillum in cera expressum nihil perfecte explet, nisi annulus sigillaris ille ipse, qui ceram signavit: ita animam nihil explet nisi creator Deus. B. serv. 3. n. 13.

Deus desideriorum nostrorum scopus, & finis est, extra quem anima nostra ad Deum creata nullam invenit quietem, nullam satietatem. Ibi in caelis sancti in-

brabantur ab ubertate domus tuae, ibi Deus torrente voluptatis suae potabit eos. Hic in terris non est nisi fel & abyntium, ibi autem Deus erit nobis omnia in omnibus, ibi omnem gloriam, omnes divitias, omnes sapientias, omnes delicias thesaurorum in nos, imo seipsum transfunderet. Cur ergo per multa vagaris miser homo! ama unum, in quo sunt omnia. Exclama: Quid mihi est in caelo, & a te quid volui super terram? C. Eccles. 1. 2. v. 4.

Deus vocatur *Saddai*, quod idem est ac sufficientia, abundantia, plenitudo omnium bonorum. Nihil ergo sapere potest hominem, non opus, non honores, non voluptates, sed solus Deus. Sic S. Ludovicus dicere solebat: *Omnis copia quae Deus non est, mihi inopia est.* Cap. Gen. 17. v. 1.

S. Catharina Genensis dicere solebat: horretem fi in oriente effere, & vel nunc animam Deo carentem in occidentem gradum esse ferentem. S. punct. 163. f. 521.

Salomon postulavit a Deo sapientiam: O quam male se habet avicula, quae ab seculis alis volare non potest! quam male fera silvestris, quae truncatis pedibus currere non potest! da illis pabulum gratissimum, abundantissimum, tamen lugubunt; quia ad libertatem nate sunt. Ita homo; quia ad Deum creatus est. Et hec erit poena maxima inferni, carere Deo.

Quam male se habet avicula, quae ab seculis alis volare non potest! quam male fera silvestris, quae truncatis pedibus currere non potest! da illis pabulum gratissimum, abundantissimum, tamen lugubunt; quia ad libertatem nate sunt. Ita homo; quia ad Deum creatus est. Et hec erit poena maxima inferni, carere Deo.

5. Est compendium omnis boni desiderabilis.

S. Anselmus monet: Quid per multa vagaris, o homuncio, cum omnia habes in Deo? Quaeis pulchritudinem? pulchritor est: Quaeis bonitatem? melior est, tantisque, quo melior excogitari non potest. S. pun. 146. f. 457.

Deus omnes perfectiones creaturarum in se continet eminenter, eminentia longe majori, quam aurum in se continet pretium plumbi: Nam haec ipsa res, quae in seipsis sunt inanimatae, uti metalla, lapides, margaritae, in Deo sunt vivae, quae in se sunt mixtae, in Deo sunt pura, quae in se sunt caduca, in Deo sunt aeterna. Hinc est, quod se solo sine ipsis possit omnia facere, quod facit cum ipsis sine sole potest illuminare, sine aqua refrigerare, sine aere resuscitare, sine igne ca-

lesacere, sine terra germinare; qui in se ipso concludit perfectionem omnium illarum creaturarum, & quod utatur earum obsequio, bonitatis est, non necessitatis. Segn. *Manna 25. Martii n. 1.*

Carolus IX. Galliarum Rex pretiosum monile dedit illuistri femine cum inscriptione: Qui me habet, nulla re indiget. Jactantia haec est de homine, sed veritas de Deo. T. n. 352.

Deus meus, & omnia! exclamavit milites S. Ferruc. Seraphicus! quasi diceret: Habeant alii divitias immensas, honores immensos, voluptates immensas, felicitates immensas, quas excogitare intellectus non potest; mihi haec omnia, & quidem eminenter Deus est, quia fons est, & compendium omnium felicitatum.

6. Dignissimus est, cui ab omnibus servitur.

Motiva serviendi Deo sunt sequentia: 1. Magnitudo & excellentia incomprehensibilis Dei. 2. Incarnatio Dei Filii, quae omnia, quae pro nobis, ut Redemptor egit, & passus est. 3. Perfectio vitae Christianae ad quam obligant praeccepta Dei, & obligationes conjuncti status. 4. Beneficia tam generalia, quam particularia a Deo nobis collata. 5. Praemium beatitudinis caelestis. 6. Pulchritudo virtutis, & fœditas vitii. 7. Imitatio Sanctorum Martyrum, Confessorum, Virginum &c. 8. Multitudo, & gravitas peccatorum commissorum. 9. Innumera pericula, quae nos circumstant, in quibus multi perierunt, & hodie dum perent. 10. Districium Dei iudicium. 11. Brevitas hujus vitae, & aeternitas futurae. 12. Mors certa, & tempus moris incertum. 13. Abyssus infernabitissimorum iudiciorum Dei. 14. Atrocitas tormentorum infernalium. 15. Juventutis & pax interna virtutis, & perturbatio impiorum.

Servire autem possumus Deo, cum ejus perfectiones imitatur, videlicet immutabilitatem, amorem virtutis & odium peccati, patientiam, misericordiam, liberalitatem, veracitatem, fidelitatem &c. C. in Joel. 2. v. 13.

7. Remuneratur iustorum servitia.

Tria sunt praemia, quae Deus largitur servientibus sibi: 1. Sunt deliciae spiritus. *D. Claus Spicil. univers. Part. I.*

rituales, quae carnales seu terrenas immensum superant. 2. Illud est, quod inter prospera & adversa, semper caelestia respiciant; sic S. Tiburtius Martyr, S. Laurentius, S. Vincencius, & alii. S. Columbanus coenam Theodorici Regis Franciae averfatus dicit: Indignum est ora ferorum Dei ejus cibis pollui, qui cum ipsis injustum bellum gerit. Tale sitidem fuerunt Moyses in Pharaone, Nathan in Davide, Elias in Achab, Elifaeus in Joram, Ilias in Manasse, Jeremias in Sedeciam &c. Tertio denique sunt deliciae, & divitiae gratiae in terris, & gloriae in caelis; Ecclesia enim militans tendit ad triumphantem. C. Ilat. c. 58. v. 14.

Et quidni remuneretur obedientiam mandatorum, cum Deus in iustis, & juxta illud: *Qui servat mandata ejus in illomanet, & Deus in eo.* Deus manet in eo. Sicut Doctrina Magistri manet in discipulo. 2. Per amorem. 3. Per clientelam. 4. Tangunt locatum in loco. 5. Denique substantia, quia suam substantiam iusto communicat. C. 1. Ep. S. Jo. 3. v. 24.

Remuneratio Caritatis, quae Deus amat, est ipse Deus, seu regnum caelorum, cujus amor est pretium. Ama Deum, & regnum Dei obtinebis: Et qui non amet Deum, summe amabilem, qui est gaudium Angelorum & hominum, in quo sunt omnes deliciae, omnis gloria, omnia bona in gradu infinito: qui prius tantum impense amavit nos, ut nos crearet, redimeret, conservaret, a gehenna praeservaret, & omnia nobis bona praestaret &c. C. in Jac. 2. v. 4.

8. Exaudit orationes Sanctorum.

Deus orationibus Sanctorum, si fieri aliter non possit, etiam per miraculum satisfacit. Abbas Gregorius desiderans in Monte Sina Paschalem Synaxin transferri Hierosolymam ad communicandum. Adolescens Bremita vehementer ficiens repente impetrat fontem erumpentem e terra. Theodorando Abbate orante valis coeunte utrinque monte sese conclusit, & flagnum fecit, quo pices in abundantia nutriebantur, pro fratribus in Monasterio alendis, hisque ab usu carnis cohibendis. Florentius Abbas totam regionem per circuitum serpens repletam oratione purgavit, eosque omnes interfectione deletos evanescere

fecit. S. Albericus Hieropolitanus calidos fontes pro balneo fratrum agrotantium e terra erumpentes imperavit. Cum Andronicus Comnenus Dyspatum templi lectorem vivum affari decrevisset, ille orans a Deo obtinuit in carcere, ut Imperator omnem sui nominis, id est Dyspatum memoriam perdidit. Sic ille e carcere liberatus est, Andronico paucos post dies mortuo. C. in Jer. 29. v. 14.

Et quid mirum, quod exaudiat; quia Deus in anima iusti tanquam templo substantialiter inhabitat? C. Aggai 2. v. 24.

Dicitur: Quia Deus sit infinita Bonitas, & ex se pronus ad benefaciendum, cur non ultro dat, quibus scit, nos indigere? cur vult orari, & prolixè rogari? Resp. 1. Quia hoc postulat Dei Majestas, & reverentia. 2. Quia hoc exigit hominis conditio, ut agnoscat, se, suae quae omnia pendere a Deo: 3. Quia id ipsum postulat rei, quae petitur, dignitas, petimus enim a Deo gratiam & gloriam. 4. Quia hoc requirit orationis utilitas & praesentia, quae ingentia oranti commoda confert, ut fidem, spem, caritatem, orantemque facit quasi Angelum Dei familiarium. C. in Jo. 16. v. 27.

Exod. 14. Dixit Dominus ad Moysen, quid clamabas ad me? S. Bernardus ait: Clamor in auribus Dei est desiderium vehemens. Seu ut ille dixit: Apud Deum valet non magnus clamor, sed magnus amor. Et S. Augustinus: Cum oras, clama, non voce, sed mente; nam & tacentes exaudit Deus. Jeremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace tripudiant, Job nudus in serquilinio triumphat, paradysum latro in cruce invenit, non est locus, ubi non est Deus! C. in Exod. 14. v. 15.

9. Non invenitur nisi contemptu creaturarum.

S. Franciscus ad Sacerdotes sui Ordinis ita perorabat: Magna miseria, & miseranda infirmitas, quando ipsum (Christum in Eucharistia) praesentem habetis, & aliquid aliud in toto mundo curatis! Sileat a facie ejus omnis terra! silere hic idem est actimere, revereri, oblitescere. Factum est silentium in caelo, si caelites silerent & oblitescunt Dei gloriam, quid ni silerent & oblitescant mortales? Ratio est 1. Quia essentia Dei est augustissima, & immensa, adeoque omnem

intellectum creaturarum immensum transcendit. 2. Quia in Deo infinita etiam est sanctitas, sapientia, providentia, sicut enim oceanus est essentia, ita & oceanus est omnium perfectionum. Ideo exclamavit Apostolus: O altitudo divitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, & investigabiles viae ejus! 3. Quia Deus non tantum infinitus est in suis perfectionibus, sed & perfectiones ac dotes creatas, imo etiam impossibiles, & imaginabiles, infinitis & infinitis infinitis gradibus transcendit. Quid ergo erit creatura erga Deum? Purum nihilum!

Ex hac consideratione immensa Majestatis & Sanctitatis Dei triplicem fructum referimus: 1. Discimus in abyssu nostri nihili, miseriae & peccatorum humiliari, dicendo cum S. Francisco: Quis tu Domine, quis ego? 2. Excitatur, ut Deum super omnia, etiam supra nos ipsos sincerissimo affectu obfervantiam suam excellentiam dignam, et quae gratulemur immensam gloriam. 3. Docemur scalam optimam ascendendi ad Deum esse silentium, & contemptum creaturarum: Vir sanctus rogatus, ubi invenisti Deum? respondit: Ubi creaturas reliqui! Duobus modis, ait S. Dionysius, ascendimus ad Deum: 1. Affirmationis & comparationis, proficendo, quod omnes dotes, & excellentiae creaturarum in Deo sint infinitis perfectiores. 2. Negationis, nimirum negando de Deo omnes imperfectiones reperibiles in creaturis v. g. dicendo: Deus non est animal, non homo, non caelum, non Angelus, sed aliquid infinitis majus. S. Augustinus ait: Domine, amo Te, sed & caelum & terra mihi dicunt, ut amem te! Non haec amo, cum amo Deum meum! Et quid est hoc? Interrogavi terram, & dixit: Non sum! Interrogavi mare, & abyssos, & reptilia animarum viventium: Et responderunt, non sumus Deus tuus! Interrogavi caelum, lunam, solem, & exclamarunt voce magna: Ipse fecit nos! &c. C. in Habac. c. 2. v. 20.

Ex hac amo, cum amo Deum meum! Et quid est hoc? Interrogavi terram, & dixit: Non sum! Interrogavi mare, & abyssos, & reptilia animarum viventium: Et responderunt, non sumus Deus tuus! Interrogavi caelum, lunam, solem, & exclamarunt voce magna: Ipse fecit nos! &c. C. in Habac. c. 2. v. 20.

10. Talis est ergo, quales nos erga illum.

Ezechias, quia pro victoria grates non agit, perdit sanctatem. Hinc illum Psalmi locum, cum sancto sanctus eris, alii legunt, cum liberali liberalis eris, quia Deus

se talem exhibet erga nos, quales nos erga Deum, cum liberali liberalis est, cum parvo parvus &c. S. punct. 176. fol. 503.

Deus eodem profuso modo nobiscum agit, uti nos cum illo. Paoletti. Dom. Quinquages.

Deus malis leo est, & agnus bonis, quia cum illis atrociter, cum his benigne procedit. Paoletti Fer. 3. post Dom. 1. Quadrag.

Fuere, qui ut amplas sibi domos ac palatia construerent, Ecclesias & loca Deo sacra destruxerunt, in eos autem Deus adeo animadvertit, ut eorum domus, familiaris ac divitiae paulo post dissipatae & ad incitas redacta sint. l. 99.

S. Franciscus de Paula dicitur solebat: Quanto liberalior erga Deum, tanto liberaliorem experieris Deum. N. 2. April.

Peccator incidit in fossam, quam fecit. Amman in furca suspenditur, quam struxit Mardochoaeo. Apparitores igne consumuntur, in quem tres pueros coniecerant. Daniel inter leones salvatur, a quibus accusatores dilaniantur. Duesenes calumniam Susannae morte luunt. Et univiersum Deus speculum est, insipienti eundem vulum exhibet, quo ille inspicit. D. 5. 81.

S. Hilarius ait: Deum negaturum eum Patri in caelis, qui se hominibus in terra negasset: Eum porro, qui confessus coram hominibus se fuisset, a se in caelis confitendum: qualesque nos nominis sui testes hominibus fuisset, tali nos apud Deum Patrem testimonio ufuros. Brev. 26. Jan.

11. Est absolutus Dominus gratiae & donorum.

Quandiu caecus ille clamavit: Fili David miserere mei, sanctatem non imperavit, quamprimum vero rogavit, Dominus, ut videam, sanatus est: Cur? S. Chryst. ait, quia Christus est omnis gratiae Dominus. M. conc. 36. assump. 2. n. 2.

Latro dum Christum confitetur Pauloniam, paradysum obtinet, & Paulus clamans Dominum convertitur. M. Ibid. nu. 3. & 4.

Nomen Dei sere apud omnes gentes est quadriliterale: Sic Aegyptii Deum vocant, Dabir, Persae, Syri, Hetrufi, Arabes, Graeci, Latini Deus, Germani Gott. Galli Dieu. Hispani Dios, quare? ut significetur Deum

tenere Dominum in quatuor orbis partes? Dominium in quatuor elementa? Dominium in quatuor extremis hominis &c. C. Exod. 6. v. 3.

Sicut creatio mundi dependit absolute a voluntate Dei; ita & dependet conservatio: Si unico momento manum retraheret, mundus in fenum nihilum recideret. Et quis posset resistere potentiae illius? Tempore diluvii ab interitu salvavit Noemum cum uxore & filiis. Turrim Babel edificare volentium superbiam confusione linguarum confudit. Per Moysen omnia elementa miraculis complevit. Israelitas mirabiliter, nequequam Pharaone renitente, ex Aegypto liberavit, aliaque stupenda operata est. Et quis potuit, aut hodieum potest Deo resistere in operibus suis? G. c. 1.

In Nativitate Christi novam stellam in caelis accendit, in morte autem solem obscuravit, ut indicaret, quod fides Sacerdotum v. g. Magos caelesti lumine illustravit, adversarios autem v. g. Judaeos tenebris excacare possit.

12. Semper & sine fine laudandus.

Deum lingua, mente & moribus incessanter laudare debemus, tota vita nostra debet esse continua laus Dei. Imo. Quia est immensa & infinita majestas. 2. Quia innumera beneficia nobis contulit. 3. Quia omnes creaturae ejus gloriam testantur. 4. Quia hoc est opus nobilissimum omnium priorum. 5. Quia est proprium Angelorum & Sanctorum. Laudatur autem Deus magis pia vita, quam lingua, ait S. Aug.

In regno Indiae gentiles venerantur idolum Pagodem, tanta devotione, ut aliquid ejus amore se totis obtenderent, & contrangendos offerant. Regius Princeps amore Pagodis se solitudine & inedia macerabat, cumque a Medicis moneretur, ut parceret valetudini, reposuit, sibi unum opus in amore Pagodis peractum magis placere, quam vitam centum annorum. T. n. 255. Hae gentiles amore idoli, quid nos?

Persa quidam Regi suo divitias omnes mercatura acquisitas donavit. Rex nolens liberalitate subditi vinct gemmas pretiosissimas illi vicissim obtulit: Sed Persa non acceptavit, dicens, se nihil aliud quærere, quam ut Regi placeret. T. n. 282. Quid nos Dei amore?

Deus super omnia amandus quatuor ex causis: 1. Quia est Creator cordis, quod est fides amoris. 2. Quia cor est imago Dei Creatoris. 3. Quia Deus est finis hominis. 4. Quia est summum Bonum. C. Deut. 6. v. 5.

Modus laudandi Deum est multiplex: 1. Celebrando illum hymnis & verbis. 2. Abstinentia a peccatis. 3. Insistendo sanctis actionibus virtutum. 4. Studendo perfectioni & heroicis operibus. 5. Medicando infinitam Dei excellentiam. 6. Invitando alios ad laudem Dei. 7. Patienter adversa, ipsamque mortem pro Deo. C. Isaia 12. v. 14.

Laud Dei officium est, & vita Argessorum, ait S. Basilus. Et Bernardus: Nihil ita proprie in terris representat celestis habitatorum statum, sicut alacritas laudantium Deum, dicente Scriptura: In secula seculorum laudabunt te! C. in Apoc. 7. v. 12.

Laud Dei maxima in hac vita est plena resignatio in Divinam voluntatem; hinc S. Paulus in suis loquelis & Epistolis, quidquid agere cogitabat, semper addidit: Si Deus voluerit! v. g. Veniam ad vos, si Deus voluerit! hunc loquendi modum familiarem sibi habuere Judaei, gentes, & primi Christiani, imo omnes habere deberent, qui veri sunt Christiani. C. Jac. 4. v. 15.

CARITAS DEI.

Seu Dilectio erga hominem.

33. Amat hominem ab aeterno.

In caritate perpetua dilectio. Ubi S. Bonaventura: Bene dixit in caritate perpetua, dilexit enim, antequam tu, vel aliquis homo, vel angelus, vel caelum, vel terra esset. B. Ser. 20. n. 9. & seq. Deus dicitur conglutinatissimus esse cum populo Israel, quod verbum significat vehementiam amoris, ait Corn. a Lap. S. pun. 157. fol. 508.

Caritas, qua Deus dilexit hominem plane ex multiplici capite est admiranda: Primo. Quia amavit hominem non quia erat bonus, sed quia ille cupiebat facere bonum, cum fare in modum quo statuarius sitvam perambulans truncum eligit non quia deformis est, sed quia vult facere elegantem. Secundo. Quia amor suus perpetuus & Deo coaevus, ab aeterno iam cogitavit de me, de te, de

omnibus singularem: Quis autem non commoveatur erga aliquem, qui etiam inficior apud Principem faveo &c. Tertio. Quia una cum hac caritate perpetua iam ab aeterno decrevit, & preparavit media salutis. Quarto. Quia non desinit trahere etiam nolentem, & refractarium &c. Seg. Manna 19. Feb.

Caritas Dei elucet singulariter ex mysterio Incarnationis, quia quasi impatienter expectavit Dominus illud tempus, quo posset cum hominibus conversari. Paolotti Festo Nativitatis Domini.

Ignis Spiritus Sancti & caritatis est symbolum: 1. Ignis est quasi omnipotens, quia ferrum & metalla emollit. 2. Si hostis est, terribilis & formidandus & ut patet in incendiis, & fulminibus, si vero amicus beneficis est; nam cibos coquit & calefacit. 3. Nunquam est otiosus, sed vividus & adivus. 4. Ab omni alia re purissimus est &c. Ita Deus in omnibus. C. Levit. 9. v. 23.

14. Erga hominem est admirabilis.

Cum Deus omnes creaturarum perfectiones eminenter in seipso contineret, mirum est, quod aliquod amaret extra se: Proinde Apostolus dedit quatuor dimensiones hujus amoris, quae non quidem in hac, sed in altera vita intelligimus: Ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit latitudo, longitudo, & sublimitas & profunditas. Latitudo amoris Divini complectitur omnes indifferenter homines, etiam peccatores. Longitudo est ab aeterno usque in aeternum, sublimitas tanta, ut etiam filium suum dederit. Profunditas tanta, ut dederit illum ad ignominias, dolores, & crucem &c. Seg. Manna 25. Martii.

Quid est homo comparatus ad Deum? Minus est, quam vermiculus terrae comparatus ad Regem! & tamen Deus adeo curam gerit hominis, ac si magna pars suae felicitatis ab eo dependeret! Novum choros Angelorum in caelis relinquunt, & in terram descendit, ut hominem lapsum redimeret. Imo de hominibus etiam particularibus tanquam de rebus caelestibus: Jacobum contra Fratrem in itinere descendit. Moysen contra amicos & detractores protexit. Vocis locustae dicens: Sed contra Gabaon ne movere, obediit &c. Hinc etiam ad preces ferventium votum Isaele fidei permittit: Abrahamo.

hamo pro Sodomitis roganti, & quasi importuno semper benigne respondit. Ad Moysen pro populo orantem dixit: Dimitte me, ut irascatur furor meus; quasi a creatura, tenere amata, stringi & teneri posset. G. c. 3.

Admirabilitas Beneficentiae Divinae erga hominem elucet. 1. Ex Majestate amantis & largientis; quid enim majus Deo, qui infinitus transcendit homines & angelos? 2. Ex vilitate hominis, cui Deus beneficit, quia vermiculus terrae, peccator, ingratus, carnalis est. 3. Ex largitate, qua praevinit hominem, & ultro illi offert sua dona, gratiam, gloriam, Angelicam custodiam. 4. Ex fine, quia homini largitur sua dona, ut illi bene sit, non Deo; Deus enim non indiget homine. 5. Ex modo quo se communicat homini, ut illum heredem, & coherentem Christi faciat. &c. C. in Jac. 1. v. 5.

In hac philanthropia, seu singulari Dei amore in nos multa sunt admiranda: 1. Quod ab aeterno nos amat, ille, qui est Deus, summa Majestas & felicitas, qui in se omne bonum habet, ita ut nobis, aut illa re non indiget. 2. Quod non necessario nos amat, sicut amat Filium & Spiritum Sanctum, sed proflus libere. 3. Quod nos amat sine ulla commo- do aut utilitate. 4. Quod hominem amet, in quo nulla praecessit ratio, nullum meritum, sed potius multa demerita. 5. Quod dilexerit eos, quos praefixi vit fore ingratos, imo hostes suos. 6. Quod amor hic Dei non ex ignorantia, aut passione procedat, sed cum summa sapientia conjunctus sit. Haec autem sapientia Dei diligentem hominem peccatorem, & miserum non in eo consistit, quod homo fit obiectum diligibile per se, sed omnis ratio amandi est ab ipso Deo, qui diligit nos propter se, quia summe bonus est, ita, ut bonitatem & liberalitatem suam in nos omni dilectione indignos effunderet velit. C. in Ep. ad Tit. c. 3. v. 4.

Aquila est symbolum Dei. In quo? An quia est Regina avium? aut quia longeva & fecunda? aut quia est simulacrum solis, quem immobilis oculis aspiciet? Praecipue ideo, quia singulari amore pullos tuetur: In excelsis locis nidum collocat, ne coluber satus violet: Ametum quoque in nido collocat, quo omnia venena superantur. Ita Deus pari amore creaturas suas prosequitur, & tuetur, ne dabo diabolus illis noccat, lapidem ponit

in fundamentis Sion, quo hostium insidiae franguntur. C. Deut. 32. v. 11.

BENEFICIA DEI ERGA HOMINEM.

15. Sunt voces, quibus Deus ad se vocat.

Abrahae & Moysis amorem lucratur Deus per beneficia. S. pun. 150. fol. 470.

S. Gregor. ait: Vocat nos aliquando Dominus per mundi prospera, aliquando per adversa. Querit S. Ambros. cur huic ager fructificet, qui nec granum meretur, & respondet, quod Deus per ipsam abundantiam vocet. In hunc sensum de fe dicit Augustinus: Ego te offendebam, & tu me defendebas, ego te non timebam, & tu me custodiebas &c. S. punct. 98. f. 299.

Exploratores illi ad Rahab: An fenestra, per quam coecaveratis nos. Quali dicit, beneficium, quod a te accipimus, conatenavit cor nostrum. Et in hunc sensum sponsa: Dilectus meus mihi, &c. illi &c. S. pun. 91. f. 236.

In funiculis Adam trabam eos, in vinculis caritatis. Haec vincula caritatis sunt beneficia, quibus cor hominis trahitur ad redamandum. C. Ofec 14. v. 4. Tuniculus triplex, Creatio, Redemptio, Sanctificatio. Quamquam beneficia Dei communia sint, respicienda tamen, & accipienda sunt, ac si essent particularia seu privata. Sic S. Paulus ait: Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. An ergo non pro omnibus traditus est? omnino respondet Chrysostramus, sed peculiare hoc est amoris, ut ex communibus propria faciat. S. pun. 156. f. 507.

Quantum beneficium remissio peccatorum? hinc Ezechias rex Juda dixit: Dominus Bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum, & non imputabit eis, quod minus sanctificati sunt.

16. Obsurgunt animos ad gratitudinem.

S. Vincent. Ferr. ait, illum diem, quo accipimus beneficium, aureo lapillo notandum esse: Hanc memoriam petitis Deo ab Israelitis ex Aegypto liberatis, & a sponsa &c. S. pun. 155. f. 499.

Rex ille habebat annales, quibus quotidiana beneficia conscripsit: Scribe & tu, quoties te Deus liberaverit a morte, a pe-

B. Bern. Serm. 11. in Cant.

in Cor. 4.

In Rom. 5. S. Bonav. 147. 2. Ferr. in 2. Tim.

in Hieron. in Isa. 65.

S. Ambros. Serm. 22.

S. Aug. in Joh. 1. ad.

Ofec 14.

Gat. 1.

S. Chrys. in Gen.

3. Par. 30.

S. Vincent. Ferr. de Virg.